



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enarratio Epistolæ Prioris Ad Timothevm, Et Dvorvm
Capitum secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 3167

De Secvnda Qvæstione. De potestate ministrorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36308

I. EPISTOLA AD

Et iusta propter filium Dei, imputatione & inchoatione.

DE SECUNDA

QUESTIONE.

De potestate ministrorum.

Expressum mandatum est Marci ultimo, p*ro*p*ri*a dicate Euangelium omni creature. Et 2. Corin*th*: 3. Sumus ministri noui testamenti non litterae, sed Spiritus. Et Ioan*es*: ultimo, Sicut mihi me pater, sic ego mitto uos. Hoc mandatum complectitur ea quae ad substantiam ministerij Euangeli*c* pertinet, uidelicet pr*æ*dicationem Euangeli*c*, administrationem Sacramentorum, excommunicationem contumacium, Absolutionem agendum poenitentiam, iudicia de uocatis ad ministerium Euangeli*c*. Recte etiam addi possunt iudicia de doctrina, Quia haec pars necessaria est in pr*æ*dicatione Euangeli*c*.

Nequaquam uero illa creatura potestatem habet noua dogmata condendi de essentia aut nuntiitate Dei, aut nouos cultus instituendi, Sed filius qui in sinu patris est, enarrauit nobis. Hoc dictum est Matth*as*: 17. Hunc audite. Item ipse inquit Ioan*es*: 17. Pater sanctifica eos in ueritate, sermo tuus est ueritas. Item Matth*as*. 15. F*in* f*in*

AD
ione & illa
DA
orūm.
ultimo, Pra
re. Et 2. Co
aenti non li
, Sicut mult
ndatum con
isterij Euang
ionem Euang
rum, excom
tionem agen
is ad ministr
addi possit
rs necessari
ra potestatu
tentia aut in
uendi, Sed fo
it nobis. Di
udite. Item
a eos in uoc
alth. 15. Fina
fus

TIMOTH: CAP. III. 50

stra colunt me mandatis hominum. Ideo falsa &
impia est imaginatio Episcoporum, & similium
qui tribuunt Episcopis aut alijs potestatem con-
stituendi nouos cultus.

Est autem debita obedientia in illis quæ pro-
priè ad ministerium pertinent, sancta in hoc di-
cto, Luce 10. Qui uos audit me audit, Qui uos
spernit, me spernit. In his dictis deducit nos Do-
minus ad ipsam Euangelij uocem, se uult audiri
in prædicatione ministrorum, Nec constituit hæc
sententia regnum aliquod extra ministerium, Si-
cut Episcopi postulant obedientiam traditionibus
præstari, quæ sunt extra uocem Euangelij. Præ-
terea nec habent ministri Euangelij potestatem
gladio aut ui corporali cohærcendi. De qua re
alias saepe dicitur.

D E T E R T I A

QVÆSTIONE.

Manifestum est oriri controuersias etiam in
Uera Ecclesia, ut Acto: 15. apparet, ideo
de iudicijs queritur, Qui sunt iudices, & quæ sit
norma iuxta quam iudicari oportet, Et quæ sit
autoritas iudicium, & quomodo necesse sit obtem-
perare iudicato.

Hic primùm considerentur iudicia politica,

H 2 ibi